



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Mogvntiae, 1603**

XIX. Romam à Pio Quarto Pontifice euocatus, proficiscitur

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45256**

aduentus, cui per idem tempus:  
per amaner scripsit, latari se,  
quod eam vibem de via attigis-  
set, ciuesque & Episcopum cum.  
Senatu optasse, Socios co mitti,  
Collegiumque excitari. Idem si-  
bi pridem vorum fuisse, ratum-  
que esse velle.. Tale fere Portu-  
ensis Collegij principium fuit.  
Ille & ætatis immemor, & inua-  
letudinis, cuncta ferre, agere,  
concionari, Eucharistiam manu  
tenendo hortari, pueros aere  
Campano vicarim ad Fidei ru-  
dimenta discenda euocare. Qua-  
re velut hominem cælo dela-  
psum, suspiciebant omnes.

## CAPV. XIX.

*Romam à Pio Quarto Pontifice e-  
uocatus, proficiscitur.*

**I**N secreto hoc secessu libenter  
Iacquieuisser Franciscus, sed  
Pius

## 222 DE VITA FRANC. BOR.

Pius Quartus Pont. Max. missis  
litteris, honoris gratia euocauit.  
Nihil vero antiquius FRANCI-  
SCO, quam Pij iussis parere, ra-  
metsi fessa iam ætate esset, & la-  
valetudine non satis firmus, &  
stusque anni à profectione de-  
tinereret. Regi mox Catholico  
Philippo, quod erat, exponit: e-  
gredi se Hispania iubente Ponti-  
fice; quem penes, ut Christi vices  
gerentem, summum esset ho-  
minum, rerumq; arbitrium: ora-  
re itaque bona cum via pro-  
fici liceret. In viam se dedit, ar-  
dente etiam tum Canicula, an-  
no c. I. L. XI. adscitis Sociis Pe-  
tro Saauedrio, & Gaspare Her-  
nandes sacerdotibus, & veteri  
comite Marco. Terrestri itinere  
Galliam attigit Narbonensem,  
& Prouinciam. Lauretum ubi  
venit, lustrauit supplex ædem sa-

cram

1561.

eram Deiparæ Virginis Lauren-  
tanæ religione, simul & loci ma-  
iestate, hominumq; frequentia  
commotus.

Post A. D. vij. Idus Septem-  
bris Romam ingressus, in-  
credibili Sociorū omnium gau-  
dio acceperus. Pius cognito ad-  
uentu, cubiculi intimi Präfe-  
ctum salutandi gratia extemplo  
misit, expectatum diu, adesse.  
**A**d se ut migraret, rogat. **F R A N-**  
**C I S C V S** contra comiter pro  
officio gratiis actis, recusare. Po-  
stridie eius diei postquam illu-  
xit, quamvis de via fessus nondū  
se collegisset, Pontificis pedes,  
more maiorum, exosculatus, ge-  
busque nixus, ter assurgere ius-  
sus, obdurauit, rogando, ob-  
testandoque. Tandem obedi-  
entiaz imperio, pedibus aperto  
capite, institit. **D**e variis mox

vltro,

224 DE VITA FRANC. BOR.

vltro, citroque habitis sermonibus, honorifice dimitens Pontifex, hisce verbis appellauit. Nostrum est, inquit, te, tuaque sedulo curare, quando raro, & huic sacllo inusitato exemplo, te bonu. ex poliasti.

CAPUT XX.

Bis Societatis Vicarius renunciatus.

**A**BERAT tum fortè Roma Iacobus Laynes, Præpositus generalis Societatis, ab eodem Pio IIII. Pontifice socius additus Hippolyto Cardinali Estensi, in Galliam Legato, ad Carolum Regem IX. & Catharinam Medicem, matrem: ut darent operam, ne quid, nascente hæresi, in Gallia Christiana Repub. detrimenti caperet. Alphonsus Salmeron, unus è decē pri-